



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 88. Henrici VIII. Angliæ Regis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

gotium suum haud expedire poterant, Sæc. XVI.
A. C. 1547.
cum Henricus VIII. Rex jam extremo
morbo affectus esset (*).

§. LXXXVIII.

Henrici VIII. Angliæ Regis obitus.

Quamvis interea Henrici Regis mor- Sleid. l. 18.
p. 653.
Thuan. l. 3.
num. 2.
bus indies magis magisque inva-
lesceret, nullus tamen eidem imminens
mortis periculum annuntiare audebat; Sanderus de
Schif. Angl.
lib. I. p. 224.
quivis enim verebatur, ne Rex pium
hoc monitum criminis loco haberet, nec
non eum castigaret juxta Parlamenti
legem, vi cujus omnes illi, qui Regi
instans mortis periculum indicare au-
derent, tanquam læsæ Majestatis rei pu-
niri jubebantur. Nihilominus quidam
Nobilis nomine Thomas Dionysius seu
Dennyus, qui Regi ab arcanis consiliis
erat, salutis necessitate audaciam acu-
ente

N 3

(*) Adversa hæc Henrici valetudo absque
dubio Protestantibus hisce Principibus animo
pro tuenda hæresi contra Catholicos gerentibus
funesta accidit; cum sperare potuissent, quod
ab Anglo sanitati restituto, cum ipse jam Ec-
clesiam Catholicam tanquam hostis impugna-
set, validam opem impetraturi essent, ubi Re-
gem Christianissimum ducenta aureorum millia
effudisse, nuntiare potuissent.

Sæcul. XVI. ente Henricum monuit, paucas admodum vitæ horas adhuc ei superstites esse: **A.C. 1547.** Enimvero Henricus nocte sequenti, quæ vigesimam octavam Januarii diem a vigesima nona ejusdem mensis sejungit, anno ætatis suæ quinquagesimo sexto, Christi vero millesimo quingentesimo quadragesimo sexto extremum clausit diem, postquam triginta septem annos, novemque menses regnasset. Referunt Scriptorum nonnulli, quod moriens quædam pœnitentiæ signa ediderit, atque Ecclesiæ Catholicæ reconciliatus obierit: alii ex adverso testantur, quod de sua salute desperans schismati immortuus perierit. Forte etiam hæc pertinacia hujus Regis animum in extremo etiam vitæ suæ articulo obsedit; cum enim firma veræ Religionis, in qua omnes veritates immotæ certitudini innituntur, principia ex animo suo haud obliterare posset, falsam sibi Religionem fabricare statuit, in qua tamen ejus intellectus semper fluctuans necdum quid stabile invenire poterat.

§. LXXXIX.

Eduardus Henrici Filius ejusdem in Regno Successor.

Thom. I. c. **H**ujus Regis obitus per integros tres dies religioso prorsus silentio celabatur, atque